

8834 Mirani fuit c. a. 1846 in aedibus notarii Giampiccolo in curte stabuli; hodie desideratur FAPANNI. Iam Venetiis apud antiquarium L. Seguso qui emit Musestrii.

{NIVS·L·L·PHRYXVS·AVRIFEX·V·F·SIB}

Bonamico, Mirano (Patavii 1874) q. n. v. (inde *Archivio Veneto* 8 p. 408) a Fapannio. Misit Darius Bertolinus.

L·E Arch. — PHRYXVS Bert.

8835 ara origine opinor Salonitana (v. p. 1073); deinde Patavii apud Marsilium botanicum.

ACVT ///  
ATHENAI  
/ / / /

Guarnierius descripsit a. 1784.

8836 Salonis rep. ut videtur (v. p. 1073). Deinde Patavii apud Marsilium botanicum.

LOTTEIAE · PR  
MIGENIAE · ET  
LOTTEIO · PRI  
MIGENIO · FI  
5 LIO · PIENISSIMO  
LOTTEIA · LVCIFE  
RA MATER · B · M ·

Guarnierius descripsit a. 1784.

8837 Patavii nuper rep., est in curia.

C · PAPIRVS  
C · L  
SODALIS · SIBI  
ET · FLONIAE  
5 L · L · MVRRAE  
VXSORI  
V · F

Descripti a. 1876.

8838 rep. in monasterio S. Hilarii presso la Malcontenta, comune di Gambarare, nunc alla Malcontenta apud marchionem Ludovicum Sabante.

{LIBER  
ARIAE L  
AQVAR}

Th. Lucianus misit a. 1876.

8839 rep. in monasterio S. Hilarii una cum n. 8838 et cum ea adservata.

{ET  
PERVENI  
I}

Th. Lucianus misit a. 1876.

8840 Patavii.

.....  
CHSC . . . .  
M ANN . . . .  
SORORIS F..

Seguier cod. Nem. 13795.

XXXV. VICETIA (p. 304).

ad p. 304 c. II. IV. Postquam haec prodierunt, codicem Vaticanum 6034 ipse inspexit eiusque folia 13—24, in quibus insunt praeter alia tituli Vicetini missi mihi pro Metellianis, non Metelli esse vidi, sed desecta ex volumine ab ipso Ligorio scripto. Unde cum antea iam easdem interpolationes et apud Ligorium et in cod. Vat. 6034 deprehendissem, huius auctore patefacto tollitur, quam ego statui invitus, interpolatio aevi vetustioris reditque haec quoque fraus tota ad Ligorium.

ad p. 305 n. XII. Paulus Gualdus Solatio suo (v. infra p. 1079) adscripsit Marosticana n. 2088. 2108, Veronense n. 3401, Vicetina n. 3107. 3112. 3137. 3201.

ad n. 3107. Gualdus adscripsit ad Solatium: 'in quadam basi marmorea Vicetiae rep. apud S. Felicem olim templum Martis a. 1611'.

ad n. 3112. Gualdus adscripsit ad Solatium: 'rep. Vicetiae in quadam domo posita super plateam maiorem anno 1581'.

ad n. 3118. Gruterus 595, 9 per Gutenstenium e ms. cod. Metelli, id est ex cod. Vat. 6034. Venit fortasse ab uno Ligorio, cum non satis constet Manutium habuisse ab auctore diverso; videtur tamen genuina.

ad n. 3120. 3121. Tertii similis tituli fragmentum rep. pone apsidem ecclesiae S. Felicis Caparozzius misit Huebnero charta expressum hoc, adnotans non esse partem ipsius tituli n. 3120 scripti et litteris diversis et saxo:

{MCANTHVS  
VICOS IN A  
RICI-PATRC}

n. 3127. 3131. 3132 ut et n. 3202 redeunt apud Ligorium Taur. vol. 5 s. v. *Cassinense monasterio . . . fuori di Vicenza*.

ad n. 3137. Gualdus ad Solatium collocat in villa Clupani territorio Vicetino in ecclesia S. Danielis in basi maioris altaris. 1 L·LAHERCIV Gualdus.

ad n. 3144. Gualdus ad Solatium adscripsit fragmentum posterius, praescribens 'rep. in oppido Montis Gualdae Vicetino territorio', sic:

{A E P A  
ENTISSIM  
NTINSEAN  
VR-FIL-VIVK}

ad n. 3160. Vicetiae in aedibus Iosephi Capesancte Guarnierius excepit a. 1782 sic:

V F  
AVNIVS·EVPOLIS  
SIBI·ET  
LOLLIAE ARI . . . .  
5 MATRI  
IVNIAE . . . . .  
SORORI  
IVN . . . CAR . . . .  
S . . . .  
10 PIILTAIE·SO . . . .  
TROPHIMO·FR . . . .

n. 3202 est apud Ligorium; v. ad n. 3127.

XXXVI. VERONA (p. 319).

ad p. 327 c. XXXIII. Veronam reversus a. 1871 Smanianos titulos repperi illatos museo civico Veronensi itaque et commodius eos legi et quidam antea latentes tum demum mihi innotuerunt. — Adhibui item eiusdem musei catalogum (*Catalogo degli oggetti d'arte ed antichità del museo civico di Verona*. Veronae 1865. 8. pp. 363).

ad n. 3218. Lege *S. Martino Bonalbergo* (cf. n. 3301).

ad n. 3223. Lapide retractato intellexi ante ANI litteras erasas esse non plus sex, non posse fuisse POMPEIANI, esse potuisse PRO·SALVTE·QVINTIANI·N̄.

ad n. 3304. Comes Hieronymus Asquini dedit d. 1 Oct. 1832 museo Parmensi, ubi vidit Bormannus. Ara est exigua.

ad n. 3342. 3343. Senatusconsultum de nundinis saltus Beguensis in Africa quod nuper innotuit (Wilmanns *Ephem. epigraph.* 2, 272 seq.) docuit hunc virum, qui bis ibi nominatur, semel plene *P. Delphius Peregrinus Aleius Alennius Maximus Curtius Valerianus Proculus M. Nonius Mucianus*, semel forma brevior *M. Nonius Mucianus*, fascies obtinuisse m. Oct. a. 138. In eodem inter senatores qui scribendo adsunt nominatur *P. Nonius M. f. Ouf. (?) Macrinus*.